

Russ. f. 1 1187 suscepti locum istum regendum et nomen abbatis, in
 quo usque hodie laboro inter multa adversa et fere nulla
 prospera misericordiam Dei expectans. In quadragesima
 huius anni habita est contentio Heintici episcopi contra
 Fridericum ducem cominus in curia Ratisponensi co-
 ram imperatore Friderico et primoribus totius regni.¹

Mart

Aust. f. 5 1188

Mart 27

Mart 27

Anno incarnationis Domini 1188, indictione 6, in medie
 quadragesime dominica Letare Jerusalem, que tunc 6. Kal.
 Aprilis evenit, curia Christi in Maguntia metropoli con-
 ventu principum, tam episcoporum quam ducum, mar-
 chionum, comitum ac nobilium, electissimorum quoque
 militum confluentium est celebrata, ubi dominus impe-
 rator non sine multorum uberrimis lacrimis crucis
 Christi accepto signaculo ad iter memorabile constanti
 animo se preparare declaravit inclisum caput fidelibus
 membris signatorum et gloriosus signifer se anteponeus.
 Ad hanc curiam cum episcopus Henricus venire non
 posset, misit Ricolfum de Stragoo, virum litteratum,
 qui reversus omnia, que ibi vidit et audivit, prius
 episcopo, deinde omnibus nobis fideliter narravit.

De curia Christi
 habita Maguntie
 anno ubi incar-
 nationis MCLXXXVIII.

1189. Anno incarnationis Domini 1189. Hoc anno mortuus est

Mart 25 Fridericus dux Boemie, videlicet 8. Kal. Aprilis, et Prage
 apud Sanctum Vitum sepultus, cui successit Cunradus,
 qui et Otto, de quo supra diximus, favore interim domine
 Elisabeth, que castrum Pragense sibi dedit in manus, re-
 ceptis ab eo sacramentis pro Olomutzensi, sed ipse adeptus,
 quod voluit, postea eam fefellit. Taliter ergo adeptus primo

1) Davison non obit p. 135 brevitat.

2) Obit p. 138